xpiana mancipia habere in suis domibus permittant. Et quia existentes xpiani
qui cum ipsis presumpserint habitare cum ipsi propter continuam conversacionem et assidua
familiaritate ad sua supersticiones et perfidia execrabilem inquinacionem
possint simplicium xpianorum animas de facili inclinare. Nos quoque qui dei
iniurias conniventer pertransire non possumus huius canonis auctoritate statuimus ut omnes xpiani
utriusque sexus nostre provincie sub quocumque pretextu iudeorum in domibus habitantes infra
duos menses post publicacionem huius statuti de iudeorum domibus inquantum
quomodo divertere recedant. Alioquin xpiani huiusmodi facientes per sentenciam excommunicacionis
percellantur. Et alii xpiani tam diu a iudeorum familiaritate et communione
arceantur quam diu iudei hos xpianos presumpserint in domibus suis retinere.

## De hereticis Consilii [illegible]

Excommunicamus et anathematisamus in omnia universos hereticos quibuscunque
nominibus censeantur facies quidem habentes diversas sed caudas ad-
invicem colligatas et vanitate conveniunt in idipsum. Dampnati vero per
ecclesiam seculari iudicio relinquantur animadversione debita puniendi clerici vero
a suis ordinibus degradentur etc.

## Idem in eodem

Statuimus uno statutum bonifacii publicatum ut contra xpianos
qui ad ritum transierint iudeorum etiam si hii redeuntes dum erant
infantes aut mortis metu non tamen precise sed baptizati fuerint tamquam contra hereticos
si fuerint de hoc confessi aut per xpianos seu iudeos convicti. Et sic contra fautores
receptatores et defensores eorum per locorum ordinarios procedatur.

## De captoribus

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis capellano et clero
Civitatis dioc. et provincie Maguntin. Salutem et apostolicam benedictionem.
Hiis que ab carissimis ecclesiarum prelatis pro ipsorum utilitatibus et defensione libertatis
ecclesiastice provide statuuntur digne addicimus apostolici muniminis firmitatem
ut intemerata consistant cum nostro fuerint presidio communita. Significastis quidem
nobis quod bone memorie Wer. Archiepiscopus Maguntin. attendens quod statutum
quod bone memorie Sy. Archiepiscopus Maguntin. predecessor suus auctoritate apostolica
edidit contra illos qui prelatos et canonicos Maguntin. civitatis et dioc. ausu
sacrilego capere ac detinere captivos contra libertatem ecclesiasticam presumebant
non fuit sufficiens eorum maliciis obviandum. Et volens tante iniquitatis
malum salubriter providere diligenti meditacione prehabita de sui capituli uno
archidiaconorum aliorumque prelatorum carissimorum civitatis et dioc. consilio et
assensu statuit et ordinavit in terris archidiaconatuum illius ubi prelati vel

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs174/0040
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg